

2948.

1332 d. 14 Oct.

Bohus.

Konung MAGNUS öfverläter åt Biskop Carl i Linköping, på dess lifstid, kungsgården Skällvik, örne Flötö, som legat under Stegeborgs slott, samt uppbördens af Hammarkinds härad, med undantag af Konungens ensaksböter. (Jfr N:o 2214, 2281, 2947).

Registr. Eccl. Lincop. perg. fol. 56.

MAGNUS dei gracia rex swecie et norwegie Omnibus presens scriptum cernentibus salutem in domino sempiternam. Nouerint vniuersi nos venerabili in christo patri. domino karolo episcopo lincopensi ratione sui fidelis seruicii nobis impensi curiam nostram skeldowiik cum coloniis molendinis omnibusque aliis eiusdem attinenciis necnon omnes insulas nostras dictas flotø que castro stekaborgh pro tempore adiacebant Jnsuper et omnes et singulas exacciones nostras in hamarkindaheret excepta duntaxat causa nostra dicta eensak. libere quoaduixerit concessisse. ab ipso nullo vnquam adinuencionis ingenio reuocandas. Jn cuius evidenciam vna cum sigillo nostro. sigilla. venerabilis patris domini petri episcopi scarensis, necnon nobilium militum. dominorum kanuti ionsson. dapiferi nostri dilecti. kanuti magnusson legiferi wesgocie karoli neskunungxson. gregorii magnusson. et eringisonis jonsson. presentibus sunt appensa. Datum in castro nostro bawahus Anno domini Mille-simo CCC XXX^o secundo. die beati kalixti pape et martiris.

Allmän öfverskrift: De bonis episcopi. — *Öfver brefvet:* Littera regis magni super skeldowiik et aliis cum eadem assignatis.

2949.

1332 d. 23 Oct.

JOHAN HEMMINGSSON lemnar, dels genom byte, dels genom köp, till Kaniken Lars i Upsala jord i Hummelsta och Tängby i Löth socken, Åby i Lislena och Ledingby i Wallby socken, mot jord i Hämma-sta i Boglösa socken och kontant betalning; samt lofvar, att ett markland i Lundby i Husby Långundra socken shall lemnas i ersättning om bytet skulle klandras.

Orig. på perg. i K. Riks-Arch.

Omnibus presens scriptum cernentibus. JOHANNES HEMMINGSSON. salutem in domino. Nouerint vniuersi me cum honorabili viro. domino Laurencio canonicu vpsalensi, cambium prediorum fecisse in hunc modum. videlicet tredecim solidos terre jn humbleustum parochia løøth. pro septem solidis terre in hæmis-tum parochia bughløsu. vnam oram terre in aby parochia lithlene. duos solidos

terre in thiognaby parochia lœth, et vnum solidum terre in ledhungaby parochia walby, sub vero cambio secundum leges terre. vndecim uero solidos terre in dicta villa humblestum. cum domibus et omnibus attinenciis infra sepes uel extra, prope uel remote positis nullo excepto. predicto domino laurencio suisque heredibus. iure perpetuo possidendas(!) a proprio et dimitto. pro quibus vndecim solidis terre, prout me contentum reddo, plenum precium recognosco me leuasse. et si predictam marcham terre quoquo modo per propinquos meos uel aliquos alios euinci uel inpediri contingat, volo quod eidem domino laurencio vna marcha terre in lundby parochia husaby, loco predice cedat perpetuo ut prius possidenda. jn cuius rei testimonium sigillum meum vna cum sigillis discretorum virorum. domini petri curati in walum. et petri olaui de lynswik, presentibus est appensum. Datum anno domini. M^o. CCC^o. XXX^o secundo. feria sexta post festum vndecim milia virginum.

Sigillen: N:o 1, Johan Hemmingssons (skölden delad på sned, en motvänt kask i hvardera hälften); N:o 2 (... i olavi...), andligt, fragment; N:o 3 (ett varghufvud i en sköld), fragment.

2950.

1332 d. 23 Oct.

JOHAN HEMMINGSSON befullmäktigar sin tjenare Nils Munk, att gifva Kaniken Lars i Upsala fasta på ett markland i Hummelsta i Löth socken. (Jfr N:o 2913).

Orig. på perg. i K. Riks-Arch.

Nouerint vniuersi quod ego IOHANNES HEMMINGSSON, nicolao dicto munk famulo meo plenam committo tenore presencium potestatem. dandi et nominandi honorabili viro, domino laurencio canonico vpsalensi firmarios wlgariter dictos fasta, super vna marcha terre in humblestum parochia lœth. quam sibi, vendicionis et permutacionis titulo dimiseram perpetuo possidendam. ratum et gratum habiturus, quidquid per eundem nicolaum factum fuerit in premissis. jn cuius rei testimonium sigillum meum presentibus est appensum. datum anno domini. M^o. CCC^o. XXX^o secundo. feria sexta proxima post vnde- cim milia virginum.

Sigillet (se föreg. N:o), skadadt, på en ur brefvet klippt remsa.